



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio III. De objecto increato Scientiæ Dei vt Deus de facto est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

physice loquendo, totum, quod cognitionis intrinsecæ Deo est, etiam quatenus ad creaturam extenditur, ex parte obiecti adequati diuinæ præsentem cognitioni; id tamen non præstat, ut species impressa; sed, ut obiectum primum, & specificatum adequatum diuinæ cognitionis: ergo nihil diuinum se gerit, ut species impressa cognitionis diuinæ creaturarum. Secundo probatur eadem minor; quia omnipotentia, qua omnipotentia formaliter adequatæ, est virtus productiua solum ad extra, in quo nullus respectus, ædum actiuitas, seu determinatio intrinsecæ cognitionis Dei continetur.

9. Secundo esse principium producendi, non est esse principium obiectuum cognoscendi: ergo nec in Deo esse principium omnia producendi est esse principium obiectuum omnia cognoscendi. Antecedens est certum: alioqui omnis causa esset species impressa ad cognitionem sui effectus. Secundo, quia alioqui, cum Deus causa adequata omnium possibilium non sit (si quidem plura sunt, quæ essentialiter à causis secundis etiam dependent, ut patet in actibus omnibus vitalibus, atque actionibus omnibus educiuis) Dei omnipotentia non esset adequata species cognitionis eorum, ut Arrubal contendit; sed insuper causæ creatæ, siue actiue, siue passivæ ad species impressæ diuinæ cognitionis creatorum totalitatem, contra Arrubalis doctrinam, aduocarentur. Nec refert, eas etiam creatas causas in diuinæ omnipotentia contineri, ut supra q. 5. cert. 3. dicebam; vel enim eis proximè iuuatur, ut per modum species impressæ respectu cognitionis diuinæ, quatenus circa eos versatur effectus, se gerat, ac iam creatis causis: etiam ratio species impressæ ad cognitionem eorum creatura completur contra re, Deumque creatæ specie partiali egeret. Vel non iuuatur: & tunc specialis ratio actuum vitalium, & actionum quatenus à creatura causata sunt, vel actus, vel passivæ in omnipotentia, à qua secundum eam rationem non sunt, species proxima, ac proximè ut species conueniens, omnipotentia non esset; licet esset species ad causas illas creatas videndas, quarum adequatum proximum principium est. Si, iuxta rationem potentia, & continentia creaturarum, ratio species Dei in sua omnipotentia concedi debeat, ut iuxta hunc philosophandi modum debet concedi: Consequentia prima patet in hoc discutiendi modo. Si enim ratio principij ratio species non sit, ratio principij omnium, ratio species impressæ omnium plane non erit. Diuina ergo omnipotentia ad futurorum cognitionem diuinam requiritur, quatenus ea potest, ponere in rebus: quare, ut obiectorum baula, non ut impressa species: respectu vero possibilium, ut terminus extrinsecus, & præsuppositus possibilitati eorum solummodo. Imo, cum respectu futurorum determinatum principium omnipotentia non sit; sed decreto diuino determinatur, atque species obiecti ad illud præ alio cognoscendum aliquo modo, siue actiue, siue alias, debeat determinare, nescio quo pacto species impressa eorum cognosci queat.

10. Denique nihil diuinum speciem impressam cognitionis creaturarum esse posse probat generaliter ratio, quam contra Arrubalem dedimus num. 7. secundo probatur: quia quicquid illud diuinum sit, vel determinat Deum ad creaturam cognitionem ut cognitam: sique non species, sed medium ad illarum cognitionem erit: species enim non determinat ad sui obiecti cognitionem, ut cognita, sed medium cuius determinatio eo à determinatione species differt, quod hæc incognita, illud vero nomen ut cognitum ad obiecti determinat cognitionem. Si dicat diuinum illud, quodcumque sit, incognitum determinare ad creaturam cognitionem: primo rem dicet inuaditam: secundo, æque primo Deus cognoscere creaturas, ac seipsum: unde & hæc obiectum primum, & specificatum diuinæ cognitionis, quoad intrinsecum eius, forent. Tertio, cum species determinatio necessaria, ac non libera ad obiecti cognitionem sit, etsi creatura deficeret, ac repugnaret, ad earum cognitionem determinaret, scientiaque Dei falli esse posset: neque enim tunc diuinum illud pendet, cum ab eis non pendat.



DISPUTATIO III.

De obiecto increato scientia Dei et Deus de facto est.

S TATUTIS diuinæ scientia existentia, eiusque principij, & obiecto intrinsecæ necessario examinatis, iam ipsius obiecta omnia, etiam extrinsecæ vniuersim examinanda, & statuenda sunt: sed quoniam Deum præcipuum primum, & specificatum adequatum esse diximus, atque aliquatenus de secunda probauimus, non tamen ita fuisse, ut tanta veritas requirit: atque alia circa Dei scientiam erga seipsum, tanquam purè terminum sue cognitionis examinare accuratè oporteat: & primum illud statuendum paulo firmitus hic est, & reliqua alia, quæ respectu Dei ipsius, tanquam termini purè talis, occurrere possunt examinanda. Nulla tamen habenda hic ratio de Deo tanquam specificatio, nec de determinatijs, seu medijs, in quibus, vel Deus totus, vel diuinum aliquid attingit à scientia Dei, tam respectu sui, quam respectu obiectorum creatorum possunt. Huius generis sunt: an scientia Dei libera sit, an necessaria? & respectu quorum? secunda, unde ei libertas, vel necessitas adueniat? in quoue consistat? & similes, quas commodius suis locis definiemus. Ergo hic disputabitur: an Deus totus, siue secundum omnia metaphysica necessaria, quæ in Deo de facto sunt, cognoscatur? Secundo: an cognitione sua circa sua præscindat. Tertio: an etiam secundum libera omnia versetur? Quarto: an etiam ut aliquo modo futura? Quinto: an scientia Dei circa Deum totum, vel circa aliquid illius scientia formaliter, ac metaphysice reflexa, licet physice eadem, cognoscatur?



QVÆSTIO I.

An Deus totus, siue secundum omnia necessaria, quæ de facto habet à seipso cognoscatur?

I D I M Y S d. proxima, q. ult. Deum obiectum terminatum esse sue cognitionis, imo & specificatum adequatum illius: quorum utrumvis Deus à seipso cognosci supponit: imo inde obiectum propriè esse, contra nonnullos ostendimus, quod certo se cognoscatur. Hoc ergo suppositum probationum nostrarum stabilendum hic est, primo vniuersim, deinde secundum prædicata omnia necessaria, quæ in Deo de facto sunt, generalitatem.

CERTAMEN I.

Deum se cognoscere certum de fide atque ex naturali ratione est.

1. **P** Ræstitutam veritatem de fide probant in primis quæ d. 4. q. 1. cert. 1. nu. 2. Deum omniscium ex scriptura monstrant. Cum enim Deus aliquid, imo principalissimum omnium ens, longè, imo infinitè, reliquis perfectius, veriusque sit, non solum ea vniuersali propositione, qua scriptura omnium scientiam in Deo adstruit, absoluit; sed & principaliter continetur. Secundo spe-

ciatur

ciatim hæc veritas expresse traditur Math. 11. *Nemo novit filium nisi Pater: neque Patrem qui novit nisi Filius: 1. Cor. 2. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei*; idque non solum autoritate, sed & ratione à pari docuit iterum Paulus inferius illis verbis: *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est: ita & quæ Dei sunt, nemo novit nisi spiritus Dei*. Tercio probatur eadem veritas ex pluribus locis veteris testamenti, quibus Deus de se suæque voluntatis decretis, siue vindictis, siue misericordiis testatur. Quarto ex Prophetis omnibus, quibus tam in veteri, quam in Novo Testamento aliquid de se, suisque attributis reclusit: neque enim fieri visquam potest, ut quis sibi ignota alteri revellet. Quinto ex dogmatica veritate processionis Verbi à Patre & sui cognitione, & Spiritus Sancti ab utroque ex mutuo utriusque amore; qui tamen absque prævia Patris, filique cognitione haberi non potest.

2. A ratione insuper eadem veritas demonstratur: & primo duplici ratione à Paulo secundo loco tacta. Altera est: quia nemo aequè alterum, ac semetipsum cognovit: atqui nos Deum absolute imo evidenter cognoscimus: multo ergo melius, longeque perfectius seipsum cognoscet Deus. Altera vero est: quia intellectuum omne seipsum cognoscit, ac intelligit, ut experimento pater in nobis omnibus: unde, ut aliquid aliud cognosci à nobis, certoque cognosci testemur, dicere solemus: *Hæc æque ac me ipsum novi*: Hispanice: *Cónoscelo como ami mermo*: atqui Deus intellectivus est, ut supra demonstravimus: ergo se ipsum novit Deus. Tertia ratio est: quia Deus beatus est; atqui rationalis (ut Deus est) suppositi beatitudo stat in Dei summi boni perfectæ cognitione, seu visione, siue in eius fruitione, quæ visionem, seu cognitionem perfectam eiusdem boni essentialiter supponit: ergo Deus perfecte summum bonum, quod ipsemet, est cognoscit, ac videt. Maior est evidens ac supra demonstrata. Minor autem est omnium Philosophorum, & Theologorum sententia (si ex Philosophis pauculos trassiores, & Epicureos, vel potius peccudeos excipias) ut controu. de beatitudine nostra vidimus: quare & ratione naturali evidens censeretur.

3. Quarta ratio sit: quia Deus se amat, ut controu. de volunt. demonstrabitur: ergo & sese Deus intelligit. Consequentia est evidens ex illo notissimo principio: *Nihil voluit, quin præcognitum*. Quinta ratio: quia Deus omniscius esse debet, nec alicuius veri, & cognoscibilis ignarus: atqui Deus aliquid verum, & cognoscibile est, imo ex veris perfectissimum: ergo sui conscius, ac se ipsum cognoscens esse debet. Maior est certa, & evidens, nam aliquod scibile ignorare imperfectio explorata est. Minor æque certo, & evidenter est nota: tum, quia à nobis Deus cognoscitur, & verè cognoscitur, licet imperfectè cognoscatur: tum quia est ens perfectissimum, & summum, & per cuius analogiam reliqua entia & sunt, & dicuntur: ut potè ipsius entia per participationem: ergo & summum verum, & verè cognoscibile. Paret: quia veritas positiua, quæ stat in positiua, nec solum apparente, soliditate essendi necessaria passio metaphysica entis est. Sexta ratio ex hoc sumitur, quia summum verum, summæque intelligibile ad summæ intellectivæ potentie esset, summæque intelligibile esse non posset: atqui Deus solus summæ intellectivus est: ergo intra eius intellectivitatis, ut sic loquar, sphaeram obiectivam Deus ipse est. Antecedens est evidens: nam verè intelligibile virtutis alicuius intellectivæ, siue ab aliqua virtute intellectivæ verè intelligibile est: ergo summæ intelligibile à summa aliqua virtute intellectivæ intelligibile est, quæ quidem in solo Deo esse potest.

4. Septima ratio: quia, ut dicebamus d. 3. q. 5. cert. 2. scientia, & cognitio divina summæ necessaria est, nec sine aliquo obiecto æque necessitatis, quod attingat, ac representet, esse potest: ergo Deus sua cognitione sibi representatur, & à seipso cognoscitur. Probatur consequentia: quia, ut vidimus citato loco, solus Deus obiectum cognitum æque necessitatis cum sua scientia, & cognitione est. Octava ratio ex eodem principio desumitur: quia, cum cognitionis essentialis perfectio, & magnitudo non ex potentia solum, sed ex obiecto pensanda necessario sit: cum utrumque æque primo essentialiter indissolubiler

concernat: infinita cognitio non solum principij, seu facultatis intellectivæ, sed obiecti, in quod feratur, quodque representet, infinitatem requirit: sed scientia, & cognitio Dei infinita essentia, & concepta suo est ergo infinitum essentia sua, non solum principium, sed obiectum, quod representet, necessario habet: atqui obiectum essentia sua infinitum solus Deus est: ergo hunc attingit, & representat Deo essentia sua cognitio divina: quare & sua scientia se cognoscit Deus. Nona ratio: quia Deus verum ens est, & verè cognoscibile est sufficienter proportionatum in entitate, spiritivitate, & perfectione, atque insuper sufficienter coniunctum potentie intellectivæ divinæ: ergo & ab illa cognoscitur; alioqui hæc non summe intellectivæ, & infinita in sua linea erit; ac proinde nec divina. Decima ratio: quia Deum se cognoscere perfectio, sine imperfectione est: ergo Deo concedenda.

CERTAMEN II.

Deus secundum se totum quoad divina omnia coniunctum à seipso cognoscitur.

1. Prima ex præpositis conclusionibus est: Deum seipsum secundum se totum, & secundum omnia divina necessaria coniunctum, & identice sumpta se cognoscere. Probatur primo ex locis scripturæ recitariis cert. 1. Ratione vero probatur: quia ita sumptus Deus verum quid est, & cognoscibile: ergo à se (a quo nihil potest ignorari ob suæ virtutis intellectivæ, atque intellectus infinitatem) cognoscitur. Confirmatur: quia cognosci obiectum eo modo esse, quo reipsum necessario est, ita ut reipsum aliter esse nequeat, est perfectissimus modus cognoscendi illud: atqui Deus totus idem secundum omnia divina necessaria reipsum necessario est, ita ut aliter reipsum esse nequeat: ergo cognosci Deum totum secundum divina omnia necessaria eundem, & indissolubilem, est perfectissimus modus cognoscendi illum. At vero Deo perfectissima cognitio, etiam quoad modum cognoscendi obiectum tribuenda est: ergo Deus se totum secundum omnia necessaria eundem, & indissolubilem cognoscit. Maior adeo est certa, ut plures existiment cognitionem rei omnino physice eiusdem secundum aliquod prædictatum præciscum ab aliis, cum quibus reipsum identificatur, esse chimericam: alij vero imperfectionem nostri modi cognoscendi, pro hoc statu saltem esse: quare id non Deo solum: sed beatis etiam, & rem inuentibus, impossibilem physice, vel saltem indignam.

2. Probatur inde secundo: quia (quidquid sit de his opinionibus, quibus non assentior) Deum seipsum cognoscere certissimum est: at cognosci Deum ut præciscum à suis necessariis prædicatis, & attributis sub lite est: ergo quod sub lite non est, est Dei, ut reipsum est idem cum illis, à se ipso cognitio. Probatur tertio: quia infinitas cognitionis Dei, imo & essentia salvari nequit, nisi Deus seipsum cognoscat, ut d. 3. quæst. 5. certam. 2. atque hic certam. 1. num. 4. docebamus. Cum autem sub lite sit, an aliter, quam, ut reipsum est, cognosci à se ipso Deus possit: ita à se ipso cognosci fixum statumque esse debet. Probatur quarto: quia, est perfectissimus modus cognitionis Dei tanquam obiecti non esset cognoscere Deum totum, ut reipsum est secundum omnia necessaria secum identificata: at ita illum cognoscere perfectio est sine imperfectione, Deoque subinde concedenda: imo vero cum sic sit verum ens cognoscibile intellectivæ Dei virtutis proportionatum, satisque applicatum, ut dicebamus cert. 1. n. 4. à Deo cognoscitur: ni in eius virtute intellectivæ defectum, limitationem, & imperfectionem admittamus. Probatur vltimo: quia Deus ut reipsum est secundum omnia necessaria secum identificata physicum bonum, & amabile est: imo summum verum bonum, de factoque à se ipso amatum: ergo & ita est à seipso cognoscibile, & de facto cognitum, cum nihil amabile

fit, quia eo modo quo amabile est, fit ab ipso cognoscibile, & cognitum eo modo, quo amatum iuxta fixum illud Philosophis, & Theologis axioma.

3. Secunda conclusio est: Deum in seipso cognosci est omnium, certaue conclusio: licet enim an Deus se in, vel ex creaturis cognoscat: questio celebris apud Recentiores sit; in se autem cognosci etiam à nemine negatur: quin, ut certum à plerisque supponitur, etiam ab his, qui in alio, scilicet in creaturis, cognosci rursus defendunt, de quo postmodum d. 5. per otium agemus. Probatur conclusio primo: quia Deus secundum se, & in se intimit, atque independenter à quouis alio habet veritatem entitativam: imo, ut nuper aiebam, reliqua omnia solum habent veritatem à Dei veritate entitativa participatam, veraque analogice solum sunt, relate ad principale analogatum verum, scilicet Deum: atqui reliqua extra Deum, quia in se, & secundum se vera sunt, atque veritatem analogice, ac non strictissimam, & propriissimam significationem habent, in se ipsis à Deo cognoscuntur: ergo potiori iure à se in seipso cognoscitur Deus.

4. Probatur secundo: quia de ratione infinitæ, & omniscientia virtutis est de se, & à se ad omnis veri cognitionem habendam determinatam esse: ergo non eget alio determinatio, quam veritatis, seu veri positione: quare, cum summum verum Deus necessario sit, nec determinatio alio extrinseco eget, ut in ipsum feratur, illumque cognoscat, quod ipsum est in se ipso, à se ipso cognosci Deum. Denique, si in seipso Deus se non cognoscit: sed in alio à se: ut se cognosceret, egeret determinatio extrinseco alio: quare, si creatura omnia repugnant, Deus se non cognosceret: ac proinde non esset scientia Dei summe necessaria, maiorisque constantia, quam possibilia creata: quod est absurdum. Adde nec fore infinitam cum ab aliquo finito, & creato ex parte obiecti, & principalius, quam à se, in loca illa obiectiva penderet. Contra has conclusiones nihil est, quod vel leuiter, pugnet, diluendum: quod enim difficultatem aliquam præficeret ex eo quod ad seipsam scientiam feratur, sequere cognoscat, quod videtur impossibile, diluimus citata quest. 5. An vero metaphysice scientia alia supra scientiam directam reflexiua metaphysice ab illa diuersa assignanda sit? q. ult. de actibus liberis difficultas communis est cum cognitione extrinsecorum contingentium; quo scilicet pacto eius scientia constantia cum obiectorum contingentia consistat, cui eo loco fieri satis.

QVÆSTIO II.

An Deus sua omnia necessaria singulatim, ac præcisue alia ab aliis cognoscat?

DPLICITER aliquid videri totum, seu totaliter potest. Primo implicite, quin partes singularem attendamus: Secundo explicite singula, quæ illud quoquomodo, & constitunt, videndo. Primo modo Deum à seipso videri ostendimus quest. 1. de secundo modo præiens questio instituitur. Licet enim Deus vniformis simplicissimique sit, metaphysice pluribus consistat, essentia nimirum, attributis, & personatibus.

Christoph. de Ortega, de Deo Pno, Tomus I.

CERTAMEN I.

Doctorum sententia referuntur, & expenduntur.

Questionem hanc inde omnino Murciani, & reliqui Recentiores dirimendam putant, quod scilicet visio possit, vel non possit in obiecto viso vnum prædicatum ab alio, cui identificatur, ex parte obiecti præscindere; ego vero aliunde questionem dirimendam reor. Imo in opinione negante vniuersim præcisiones obiectiuas, etiam per abstractiuam cognitionem, atque formales solummodo admittente, asserendum omnino esse cognitionem Dei, quatenus ad omnipotentiam tendit, non esse metaphysice eandem cum cognitione Dei, quatenus ad essentiam, iustitiam, vel aliud quodpiam attributum attendit: ac proinde in Deo dari cognitionem veram circa vnum attributum diuinum, quæ metaphysice diuersa sit à cognitione Dei, quæ versatur circa attributum aliud, ita ut cognitio Dei ex pluribus partialibus cognitionibus, quarum singula singula præcisè formaliter repræsentent, totaque Dei erga seipsum cognitio compositione formali metaphysica, (quæ sola in ea sententia esse potest) ex eis omnibus compingatur: non secus atque è suis prædicatis essentia, & attributorum in eadem sententia componitur Deus.

2. Ratio est conspicua: quia in ea opinione prædicata metaphysica rem physice eandem metaphysice constituentia, non aliter diuersa metaphysice sunt, quam conceptione rei physice, & ex parte etiam obiecti eiusdem in ordine ad connotata diuersa: cum autem cognitio Dei, quæ fertur in essentiam, feratur in obiectum formaliter metaphysice diuersum, (eo modo, quo in hac opinione formaliter solum præscindendum diuersitas metaphysica esse potest) ab omnipotentia, immanentia, & aliis: quod insuper diuersa habeat etiam connotata tam proxima, quam remota ab eis, ad quæ eadem realiter cognitio quæ omnipotentia est, refertur: quare nequit non ab ea metaphysice distingui, modo distinctionis metaphysice in opinione formaliter solum præscindendum possibili.

3. Respondebis ex Murciani cognitionem intuitiuam obiecti è conceptu intuitiuæ in totum obiectum indiuisibiliter ferti: quare cognitionem intuitiuam in eius vnam formalitatem, & in ordine ad vnam connotatum, seu prædicatum eiusdem rei visæ esse chimericam, & fictitiā. In primis solutio hæc falso supponit eum esse intuitiuæ cognitionis, seu visionis essentiali conceptum, ut vidimus controu. de Trinit. & controu. de Incarnat. & fusius controu. de actibus intellectus tract. de anima. Secundo, ut ea solutio in præscindendis ex parte obiecti etiam verum haberet, secus in præscindendis solum formaliter, sicque solum diuisidentibus metaphysice rei eiusdem physice metaphysica prædicata. Hi enim è sola diuersitate connotatorum prædicata rei, conceptusque obiectiuæ formaliter metaphysice diuisident: quare implicat, rem, seu conceptum obiectiuum vnum posse concipi à nobis in ordine ad connotatum diuersum ab alio, ad quod idem metaphysice, & obiectiuæ refertur potest, atque è conceptu suo formali essentiali metaphysico ad vtrumque, vel plura (si plura habere possit) formaliter indiuisibiliter refertur, ut patet. Secundo in hac sententia formaliter solum præscindente discrimen illud visionis intuitiuæ, & abstractiuæ cognitionis non est: cum neque cognitioni abstractiuæ aliquid rei, non cognito alio, admittatur, esto in sententia præscindendum obiectiuæ, quam illi, sicut nos, sequuntur, locum habeat.

4. Ceterum in hac præscindendum obiectiuæ sententia, qui visioni etiam præcisionem obiectiuam æstimant possibilem, per consequens reputant Dei scientiam singula, & omnia prædicata diuina præcisue etiam, ac seorsum repræsentare: quare Deum à se non implicite solum, sed explicite secundum partes sui metaphysicasorum cognosci. Probant: quia eo admissio principio, nihil videtur ob stare, quominus intuitiuum Dei scientia ad

B b

ynm

unum prædicatum diuinum feratur, quin ei, quatenus ad illud tendit, ex parte obiecti aliud occurrat: sicque ex partialibus metaphysice scientiis pro partibus, seu prædicatis metaphysicis, quibus Deus metaphysice consistat, scientia etiam Dei metaphysice consistit; quin, eum cuiusmodi metaphysica prædicata diuina vera in se, & secundum se, & cognoscibilia mutuo independentem alia ab aliis sunt, eo etiam modo à Deo cognosci debere, qui omnes & singulas veritates, & modos cognoscibilitatis obiecti sui infinita perspicacia, & cognitione attingere, & penetrare debet.

5. Ex aliis vero, qui præcisiones obiectiuas admittentes, eas tamen per solam abstractiuam cognitionem, non autem per intuitiuam fieri posse admittunt, consequenter asserendum existimant, non posse in Deo dari verum scientia diuinæ conceptum, qui non in totum Deum, eiusque omnia prædicata simul ex parte obiecti representatum feratur: quare neque ex parte obiecti per partes sui, siue prædicata metaphysica singularem, ac seorsim præcisiue cognita Deum totum à se cognosci posse. Ratio est, ex qua nuper argumento nostro numeri secundi responderi posse dicebamus n. 3. si enim de visionis, seu intuitiue cognitionis essentia, & conceptu specifico est in rem, omniæque prædicata indiuisibiliter ferri: circa unum veram, ac non fictam, visionem, quia in alia omnia, ferri prorsus repugnat: quare & diuinæ scientiæ, quæ intuitiua essentia sua est circa unum Dei prædicatum seorsim, ac præcisiue sumptum ab aliis ferri prorsus repugnat. Quæ solutio licet in opinione præcendentium solam formaliter locum non habeat, vt eo n. 3. ostendimus; in opinione tamen admittentium præcisiones obiectiuas per abstractiuas cognitiones suum locum videtur habere, vt ibidem notabamus, licet moderamen iam subiiciendæ opinionis tertie possit admittere.

6. Tertia sententia in admittentibus etiam præcisiones obiectiuas, non autem in rei visione, & intuitione, non omnino contemnenda esse potest. Dei scientiam, licet non explicite totum Deum per partes omnes metaphysicas singularem, & præcisiue alias ab aliis representatas possit pertingere, aut posse illud per aliquas seorsim propositas Deo ipsi representare: quia, licet non possit non omnia, quæ in Deo nullatenus, nec realiter, nec formaliter ex natura rei distinguuntur, ex prædicato essentiali, & specifico simul, atque indiuisibiliter pertingere: aut ea, quæ in Deo realiter virtualiter siue formaliter ex natura rei verè, iuxta illas opiniones separantur (vt personalia, & libera Dei prædicata ab eius prædicatis communibus, & necessariis) ritè, recteque posse alia ab aliis seorsim vera Dei scientia præcisiue cognosci; quin intuitionis prædicato scientia Dei derogatur. Si enim verè, ac non fictè, alia, & alia res seu formalitas vnumquodque ex eis prædicatis sit, etiam vnum ex eis videatur sine alio aliter ac est, non videbitur: quod solam visioni, & intuitioni repugnat.

7. Nec satis est quod huc argumento Murciani responderebant recentiores: distinctionem nempe virtualem ex aliqua veritate Catholica, certæque theologicæ inductam in ordine ad aliquod munus proprium distinctorum, in ordine ad aliud munus proprium distinctorum induci in diuinis non debere: quare, licet inducta sit distinctio virtualis, vel formalis ex natura rei inter necessaria Dei, & libera in ordine ad subiecta prædicata contradictoria defectibilitatis, & indefectibilitatis, defectiōis, & non defectiōis, atque inter communia, & personalia in ordine ad alia communicationis, & non communicationis; non tamen statim licere eam inter eiusmodi prædicata distinctionem admittere in ordine ad hoc aliud munus distinctorum proprium, videtur & non videtur: licet illa alia contradictoria magis realia, & physica videatur: hæc verò realia intentionalia solum ac proinde quæ minori reali physica distinctione indigeant.

8. Non, inquam, est satis. Primo: quia aliud est, quorum occasione distinctio in diuinis admittitur; aliud est ea ex occasione vigente in diuinis admissa, quid consequens theologicè sit, statuere. Ratio facta distinctionem veram, & physicam inter ea diuina siue realem virtualem, siue formalem ex natura rei supponit aliunde inductam;

indeque probat, vnam præcisiue ab alia videri posse, quin visionis naturæ derogetur, quia diuersa res verè, ac non fictè realiter virtualiter est; non autem quod alia contradictoria subeat. Si enim visionis essentia in eo cognitionis modo circa ea obiecta saluatur, nulla, neque respectu visionis, neque respectu obiecti est contradictio: quia circa idem omnino omniura identitate, ac indistinctione reali non est. Secundo in præcisiue obiectiuæ cognitionis siue abstractiue, siue intuitiue nulla est vera, & realis contradictio, vt vidimus controuersi de vniuersalib. in logica; ipsique Recentiores Murciani, qui nobiscum præcisiones obiectiuas tuerentur debent fateri. Neque verò maior est contradictio in eo, quod idem physice, & realiter intuitiue cognoscatur, & non cognoscatur: atque in eo, quod cognoscatur, & non cognoscatur abstractiue, vt citata controu. & aliis de Trinit. & Incarnat. ostendebamus.

CERTAMEN II.

Nostri verosimilior sententia stabilitur.

1. **E**t si visio, & intuitio rei possit aliquod prædicatum illius, non cognito alio attingere, ac proinde ex parte obiecti præcisiue, quin essentiali visionis conceptui, & quidditati derogetur; tamen censio cum Doctoribus secundæ sententiæ; scientiam Dei erga seipsum (imò, & circa quoduis aliud obiectum) non posse vnum prædicatum Dei, siue personale, siue essentiali, & commune, siue contingens, siue necessarium, quod de facto in Deo sit, sine aliis omnibus coniunctum, atque indiuisum ex parte obiecti per eandem formaliter scientiam nec solum, realiter eandem, representare: quare nec se totum explicite, seu per partes metaphysicas singularem cognitionem, posse cognoscere Deum. Ratio huius conclusionis est: quia licet rationi visionis non obicit vnum rei prædicatum præcisiue ab aliis rei eiusdem obiecti quæ diuina est, vt enim sapientius diximus, scientia diuina, quæ diuina, infinita per suam essentiam est per denegationem termini, etiam extrinseci, sicut cætera prædicata diuina: vnde sit (vt etiam sapientius diximus) non posse ex partialibus prædicatis scientia, adhuc metaphysice, consisti: sicut nec reliqua attributa ex homogeneis formalitatibus compingit, metaphysice poterunt.

2. Ex his autem duobus principiis nostris abundè probatis controuersi. i. duplex ratio consistit. Prima: quia si scientia Dei, quæ circa essentiam Dei est, non item esset circa omnipotentiam, aut aliud quodpiam prædicatum, quod in Deo est; sed circa vnumquodque scientia alia partialis metaphysice admittetur: iam scientia alia præcisiue ex metaphysice partialibus scientiis, ac Deo adæquata ex metaphysice partialibus formalitatibus homogeneis metaphysice compingeretur contra statum illud nostrum principium. Secundo: quia iam scientia Dei non esset e suo genere, & conceptu essentiali infinita, nec cui addi aliquid in suo genere aliunde non posset, vt infinitas diuina in quauis linea, & genere requirit. Neque enim Deus diuinæ prædicata in infinita solum in suo quodque genere est: is enim infinitatis modus creaturis etiam conuenit: puta quantitatis extensæ per partium infinitarum generis eiusdem additionem: discretæ per additionem infinitarum unitatum: qualitatis intensæ per infinitorum graduum speciei, seu generis, & rationis eiusdem. Verbi gratia, caloris, aut gratiæ adiunctionem. His enim infinita earum vnaquæque in suo genere, siue intra suum genus, apud admittentes earum rerum infinitum, euaderet.

3. Deus autem, diuinæque omnia non ita solum in suo quodque genere infinita sunt; sed ex genere, & conceptu suo essentiali infinita, quomodo nihil creatum, ac non diuinum infinitum esse potest, ac proinde scientia diuina, quæ diuina, infinita non solum in genere scientiæ;

scientiæ; sed è genere suo esse debet: ac proinde omnis scientia, cuique nihil in ea linea, & genere scientiæ addi adhuc metaphysice possit: ergo scientia hæc diuina erga ipsum Deum, vt vere diuina, ac non ficta diuina sit, è conceptu, essentia, & genere suo infinita, atque adeo omniscientia illius obiecti Dei esse debet: vel ergo non solum totus Deus physice sumptus, sed quoduis eius prædicatum metaphysicum, vt præcise ab aliis concepitur à nobis verum est, & cognoscibile, vel secus, si sic præcise vnumquodque sumptum verum non est: ergo nullum ex eis scilicet scientia diuina repræsentatur: ac proinde, nec singulariter ea omnia à Deo cognoscuntur, nec se explicite per cognitionem partium, seu prædicatorum suorum metaphysice à nobis distinctorum secundum se totum cognoscit Deus. Si autem vera omnia præcise sumpta sint: ergo in ea omnia simul fertur diuina scientia metaphysice vere sumpta, nec potest etiam qua scientia diuina concipi ferri in vnum, quin in aliud etiam positius feratur: ergo implicat ferri in vnum, præscindendo ex parte obiecti ab aliis: quare & concipi explicite totum Deum secundum omnia prædicata metaphysica singulariter.

4. Dices, ea omnia prædicata vere in Deo esse, cognoscique à nobis sine fictione vlla ex parte rei obiectæ: quare, & à Deo etiam cognosci ea omnia debere, licet similitate cognitionis diuinæ erga Deum quoduis diuinum versante, non autem similitate ex parte obiecti: quæmodum, licet ex prædicato diuinæ formaliter indiuisibiliter in extrinseca omnia feratur à Deo distincta; non tamen similitate ex parte obiecti; cognoscit enim Deus ea ex parte obiecti, & inter se, distincta esse, & à se ipso. Cæterum, cum obiecta alia re ipsa ab ipso, atque inter se vere distincta cognoscit, locus est distinctioni similitatis ex parte cognitionis, & non similitati ex parte obiecti: quia hæc habent obiecta de se, ac non cognitione indistincta; in re autem eadem, & insectiui (vt Deus totus est) eius prædicata de se distinctionem non habent, sed solum inducendam beneficio cognitionis, quæ vnum, non cognitio alio, repræsentat: quare cognitione, quæ essentia sua omnia necessario repræsentat, nequit ex parte obiecti induci: siquidem per illam nequit vnum sine alio cognosci. Vnde idem est respectu obiecti eiusdem, & insectiui cognosci à Deo similitate obiecti, atque cognosci similitate cognitionis, vel è contra.

5. Secunda ratio specialis pro impossibilitate cognitionis diuinæ reliquorum attributorum ab essentia sumitur ex parte obiecti, innititurque alteri nostro principio, quod satis statim controuersit. de Trinit. d. 6. quæst. 2. & hic controuersit. scilicet vnum solum veritatem, sicut & veram essentiam essentia, adhuc metaphysice, propriam in diuinis esse: quare essentiam diuinam solum esse ens, & verum neutre, & substantiæ; cætera verò sine personalitate, sine communia esse entia, & vera adiectiue metaphysice solum, iure nimirum identitatis cum essentia à qua, & essentiam, & veritatem, esseque vera, & entia metaphysice mutantur. Inde verò fit, reliqua ab essentia in Deo, nisi ex identitate cum essentia vera positius non esse, ac proinde neque vere cognoscibilia: ergo neque à Deo præcise ab essentia, siue non identice cum illa cognoscuntur, cognoscitque possunt: licet essentia, quatenus ex se est, sine illis cognosci à Deo posset, in aliunde ex prædicato scientiæ diuinæ, vt diximus, repugnaret: quod obiecti hic poterat ex fundamento illius tercie sententiæ memoratæ certam. 1. n. 6. (quod non omnino contemnendum esse, diximus) dilutum ex his nostris rationibus est: tum quia simul debent Deo repræsentari omnia diuina, etiam aliqua ab aliis distinguantur, vel ex natura rei, vel virtualiter: tum quia ex secunda hac ratione personalitate, & contingentiæ præcise ab essentia veritatem, & cognoscibilitatem respectu intellectus verè, ac non fictè cognoscens non habent: tum præcipue quia ea virtualis distinctio ficticia prorsus, & pure rationis in diuinis est.

Christoph. de Ortega, De Deo vno, Tomus I.

CERTAMEN III.

Difficiliorum obiectorum solutio.

1. Nihil adhuc: Deus cognoscit nostras cognitiones præscindentes ex parte obiecti sua metaphysica prædicata, atque repræsentantes vnumquodque ex illis præcise, quin aliud aliquid repræsentent: ergo, & cognoscit obiecta harum præcisionum, quatenus illarum obiecta sunt, & ab eis repræsentantur. Patet: quia cognitio sine obiecto, quatenus ab ea repræsentatur, cognosci nullatenus potest: vnde d. 4. q. vlt. certam. vlt. Deum cognoscere, ac subinde facere entia rationis, quæ nos confingimus, deducimus. Tum sic obiecta earum cognitionis sunt prædicata diuina omnia scilicet, ac præcise ab aliis cognita, seu repræsentata: ergo ita ea cognoscit Deus. Nec satis est cognitionem connecere solum cum eo, quod repræsentat; non autem cum eo, quod non repræsentat: quare, vt cognitiones nostræ præscindentes ex parte obiecti cognoscantur à Deo, opus non esse, vt negatio, seu præcisio obiectiua ab aliis Dei prædicatis cognoscantur; sed satis esse cognosci à Deo prædicatum præcisum, non tamen vt præcisum: quia licet eam præcisionem, seu negationem obiectiua prædicati illius ab aliis diuinis intellectibus apponatur, & faciat, non tamen eam facit illam cognoscendo; sed non cognoscendo alia prædicata, cum quibus prædicatum illud idem re ipsa est: ac proinde satis erit cognosci à Deo illud prædicatum; sed non cum præcisione obiectiua: quare bene poterit à Deo cognitio illa præscindens cognosci cognoscendo iustitiam non cum præcisione identitatis ab omnipotentia, quam, vt dixi, cognitio diuina nequit habere, cum omnia obiecti debeat è suo essentiali prædicato simul repræsentare.

2. Id autem obiectiua satis non esse dices. Tum: quia iustitia, vt identificata omnipotentia & reliquis diuinis, non specificat hanc nostram cognitionem præscindentem iustitiam ab eis, sed iustitia conceptus secundum se, ac scilicet ab aliis: ergo satis non est, vt nostra hæc cognitio præscindens cognoscatur à Deo, eam cognosci aliis identificatam. Secundò: quia in nostris principis, controuersit. de vniuersalib. eo ipso, quod iustitia præscindatur à nobis, seu cognoscatur, non cognita omnipotentia, & aliis in statu obiectiua, habet adiunctam eandem identitatis cum omnipotentia, & aliis, quæ negatio, seu carentia impossibilis re ipsa est, ac proinde negatio rationis, quæ vique licet sine influxu nostræ rationis, seu cognitionis de ipsa fiat: quia negatiuum ens rationis influxu, vt sic loquar, positiue cognitionis de ipso non egeat; sed sola negatione cognitionis rei cum eo, sine quo esse nusquam potest: vt ad negationem physice satis est actionis in rem, cuius est negatio, defectus; tamen hoc ens rationis negatiuum, seu carentia identitatis iustitiæ præcise, cum diuinis aliis cognosci debet à Deo non minus, quam reliqua rationis entia cognoscenda esse ab illo dicemus d. 4. quæst. vlt. non quidem ex necessitate eius negationis vt sic; sed ex necessitate cognoscendi omnem veritatem, quæ in Deo est. Nequit autem à Deo negatio illa obiectiua identitatis illius attributi, ac reliquorum cum aliis cognosci, quin vnum, & aliud à Deo cognoscatur, ac proinde vnum obiectiue, non aliud: quod & est præscindere, & distinguere sua prædicata, atque se totum explicite per cognitionem suorum prædicatorum singulariter cognoscere.

3. Responderi instantiæ primæ posset: cognitionem præscindentem prædicatum vnum Dei, aut cuiusvis alterius, ab aliis cum illo identificatis, non esse exclusiuam identitatis eius cum illis: quare neque minus recte concipi à Deo cum concepitur eius obiectum, ac simul res tota, & omnia illius identice cum illa; sed quoniam potest esse cognitio præcisua negatiue excludendo identitatem obiectiua illius prædicati cum aliis Dei, siue rei alterius, in qua idem omnia sua prædicata sunt. Respondeo vtrique instantiæ simul: Deum eas omnes obiectiua negationes fictas

Bb 2

siue

siue per cognitiones nostras præcisivas vnius prædicati ab aliis, siue per præcisiones negantes cum aliis identitatem cognoscere; sed tamen eas non ad constitutionem veram Dei spectare; sed longe ab ea, & Deo esse, cum impossibiles, & pure rationis negationes sint; Deusque totus possibile, & reale quid necessarium essentia sua existens. Item similiter cognoscere ea omnia diuina simul, atque ea omnia esse reipsum idem: quare neque tunc præcindit ex parte obiecti, cum vnum non cognitis reliquis non cognoscat; licet cognoscat nos præcindere: quia vnum sine alio cognoscimus ac proinde nec figillatim ea omnia cognoscat, nec se totum explicite.

4. Oppones rursus ex nostra doctrina controuers. de Trinit. d. 5. ubi statuimus Deum per se quarto modo esse solius essentia cognitione procedere, quin pro eo signo diuinum aliquid, persona Filij, aut Spiritus Sancti, ut obiectum per se quarto modo præcedat: ergo pro eo signo diuinum aliquid à Deo scitur; cum tamen aliquid diuinum non scitur. Id autem ipsum est, Deum circa sua præcindere sua cognitione. Secundo d. proxima. quest. 5. certam. 2. essentiam solam Dei specificatiuum ætæquarum scientia diuinæ esse, nihilque aliud diuinum: indeque ex parte obiecti infinitatem suam omnem trahere scientiam diuinam, ut reliqua omnia obiecta siue creata, siue increata exercite formaliter repræsenter: quod fieri, intelligique nequit, nisi scientia diuina in essentiam præcise sumptam prius terminetur: ac proinde pro tunc præcindere ex parte obiecti intelligatur. Respondeo, neutram nostram memoratam sententiam præcisivam essentia ab attributis, & personalitatibus cognitionem euincere. Obiectum quippe per se quarto modo processionis verbi cetera diuina ab obiecto scientia diuinæ, quæ illud procedit, neque includit absolute, neque excludit: sed designat id, ratione cuius Verbum procedit; & ex quo, etsi per impossibile cetera identificata illi desessent, æque eodem modo procederet: quoque sublaro, etsi per impossibile adessent cetera, nusquam Verbum procederet. Ad hoc autem opus non est, essentiam præcise ab aliis diuinis cognosci: quod ipsum dictum puta de specificatiuo scientia diuinæ. Ad id enim muneris opus non est præcise ab aliis diuinis cognosci: sed tale esse, ut diuinorum, quæ simul, atque indiuisim repræsentantur, imò & creatorum cognitioni diuinæ infinitam tribuat ex parte obiecti repræsentationem: quia eiusmodi est, ut reliquis diuinis per impossibile deficientibus, aut ignotis ex illo solo obiecto cognito scientia diuina infinitatem traheret, quam ex aliis, si essentia deficeret, aut non cognosceretur, reliquis cognitis non traheret, imò nihil, ea incognita, cognosceretur. Indeque primarium obiectum eius scientia dicitur; non autem, quod vere hæc in illam præcisam prius terminetur, posteriorque natura in diuina alia. Ad illud de priori originis ad Verbi processionem, in quo nec Verbum, nec Spiritus sanctus est, verum est nec posse cognosci, ut citato loco dicebamus: id tamen non tollit, quod eadem indiuisibili scientia absolute cognoscatur: sed solum quod pro eo priori non cognoscatur: quod signum prius præcisionis non est; sed processionis, & originis: siquidem in Dei scientia, quæ præcedit, actualis repræsentatio etiam exercita est personarum procedentium pro suo signo posteriori, imò & omnium creaturarum. Cum autem persone procedentes cum essentia ac Deo idem omnino sint, ac non realiter ab eo distinctæ, sicut creature, ac eadem indiuisibili Dei scientia exercite, & formaliter repræsententur; nequit ex parte obiecti esse præcisio vnius ab alio, quæ sola repræsentatione vnius, quæ non sit repræsentatio alterius, induci potest, ut ad argumentum respondēbamus. certam. 2.

num. 4.



QVÆSTIO III.

An secundum statum possibilitatis præcise, alicuiusue futuritionis se cognoscat Deus?

DEUM se totum, suæque omnia similitudo obiecti, & cognitionis eo modo, quo est, ac proinde secundum statum existentie, quam essentia sua habet, cognoscere planum ex dictis, atque circa omnem questionem est. An vero, licet essentia sua actu, & exercite existens sit, atque ita necessario à se cognoscatur, cognoscatur à se etiam esse possibilis, an aliquo modo secundum aliquid sui futurus disputari adhuc potest: dirimendumque omnino inde est, quod Deo conceptus verus, ac non fictus possibilitatis metaphysicæ per rationem nostram ab eius existentia diuersus eo modo, quo in nobis (si contingentiam essendi, ac non essendi seclibus) concedatur, vel negetur: atque vera aliqua futuritio, quæ ex tempore, ac duratione non desumatur. (Hæc enim Deo, ac diuinis omnibus aperte repugnat) in diuino aliquo inueniatur.

CERTAMEN I.

Statuitur circa cognitionem possibilitatis sue à Deo.

1. Prima hæc de re sententia sit eorum, qui actualement Dei existentiam, siue esse actu extra essentialem Dei conceptum metaphysicum constituunt: hi enim (in quocumque essentiam Dei constituunt) cum eam in chimerico, & repugnanti aliquo non collocent, atque illud ante actualement existentiam, vel logicè, vel metaphysicè statuunt, esse non repugnans, ac præcise ab existentia actuali manifestè docent: quod est Deum eiusque essentiam possibilem præcise docere: ac proinde Deum se secundum statum possibilitatis præcise cognoscere, licet simul existentiam suam actualement iuxta proxime dicta cognoscat. Hi vero Doctores sunt Mairon, Bargius, Trombeta, Picus Mirandulus, Vazquez, Salas, Granados, Ruiz, Arriaga, Murciani Recentiores citata controu. I. d. 2. q. 3. cert. 1. n. 2. Præter hos autem alij etiam, qui existentiam à se actualement, siue prædicatum entis, & existentis à se actu nobiscum ad essentiam Dei metaphysicam eodem loco n. 3. aduocant, non admodum leuibus fundamentis eandem sententiam possent docere.
2. Et primo quidem: vel Deus, eiusque essentia, licet necessario existat, repugnans est, vel non repugnans, siue possibilis, vel impossibilis: alterutrum enim, cum contradictoria extrema sint, verificari de Deo, eiusque essentia debet: atqui repugnans, ac impossibilis non est: ergo est non repugnans, & possibilis. Ne autem dicas in prædicato existentie Dei includi non repugnantiam: contra est probatio secunda: quia existentia, quæcumque, & quomodocumque sit, solum excludit formaliter non existentiam rei, cui soli immediate formaliter opponitur: licet præsuppositiue excludat repugnantiam, & impossibilitatem: quatenus rei existentia eius possibilitatem necessariò prioritate logica supponit, quæ sola formaliter immediatè, & contradictorie impossibilitati opponitur. Tertia probatio. Distincta veritas negatur, saltem quoad statum, cum negatur, Deum existere, ac, cum negatur, Deum esse possibilem: ergo non solum primus status existentie; sed & possibilitatis præcise conuenit Deo.
3. Quarto. Notissimam omnibus, & legitimam consequentiam est ab actu ad potentiam, logicam saltem quæ

quæ est intrinseca cuiusvis existentis possibilitas : ergo in Deo etiam legitima est consequentia : existit : ergo potest existere, seu esse possibilis. Cum autem eiusdem obiecti ad seipsum consequentia non solum legitima : sed vera esse non possit, aperte conficitur, hanc propositionem : *Deus existit*, ab hac quæ ex illa legitime inferitur, diversâ ex parte obiecti, saltem quoad statum, esse : ac proinde Deum possibilem, nec solum existentem, præcisive esse, atque ut talem à seipso cognosci. Quinto : quia id ipsum, quod Deus necessario, & à se existit, nec possit existere solum in potentia, seu non existere possibile omnino est, ac non repugnans : ergo non excludit Dei possibilitatem præcisivam, licet negativam, seu coniunctam cum negatione existentie excludat. Iam verò si possibilitas præcisiva saltem quoad statum, diversa ab essentia necessaria existentia in Deo admittitur : & eam etiam in eo statu præcisive possibilitatis à Deo cognosci, certum erit.

4. Si nihilominus conclusio, Deum præcisive adhuc, possibilem non esse : quare neque secundum statum possibilitatis à seipso cognosci. Primum (ex quo postremum inferendo, ut aiunt, pede, ac necessario currit) Probatur : quia status possibilitatis præcisive distinctus formaliter ab actu existentie non est in his, quæ nequeunt ab exercitio existentie, siue ab existentia exercita præcendere. Sic enim existentia ipsa exercita rerum status possibilitatis esset : à quo omnium sententia differt, reque, ut exercite existentem, atque ut in exercita existentia actu sunt, esset in statu possibilitatis præcisive, quod omnibus actuum, atque de se repugnans in terminis est : cum sitas possibilitatis præcisive ab actu exercite actu existentie præcindat, quomodocumque status uterque explicetur. Cum autem Deus, eiusque essentia ens actuale à se sit, atque à suo conceptu, necessario, & essentiali, actu, & exercite existens, nequit in eo status possibilitatis distinctus ab actu existentie inveniri : quare neque possibilitas præcisiva, quæ actu exercitæ eius existentiam non claudit : in creatis verò, non necessario, sed contingenter existentibus, duplex ille status concipi optime potest quia è suo essentiali conceptu actu exercite non existunt : cum eorum negatio dari absolute possit : quare, licet actu, & exercite existant, status ille possibilitatis præcisive concipi in creatis potest.

5. Probatur secundò ex dictis controuers. 1. d. 2. qu. 3. certam. 2. num. 3. quia ens actuale, & exercite, siue necessario existens, quæ tale, includit existentiam necessariam sui : atque existentia necessaria, siue à se actu, & exercite formale exclusivum impossibilitatis est, quia impossibilitas arceatur, ergo & est formaliter sumpta formalis sui possibilitatis. Probatur Antecedens : quia impossibilitas non existendi formalis, est formalis, & necessaria negatio negationis existendi : negatio autem negationis nequit non positivum quid formaliter esse : ergo negatio necessaria negationis existendi positivum quid necessitò actu, & exercite existens, siue existentia à se, seu necessaria, quæ Deus essentialiter est, est formale exclusivum impossibilitatis, ac proinde possibilitas formalis Dei Confirmatur primò : quia Deus non aliter possibilis est, quam necessario existens actu, & exercite. Confirmatur secundò : contrario : quia negatio à se siue negatio necessaria sui idem proflus quod impossibilitas est, & formale exclusivum possibilitatis : ergo à contrario, existens à se, & necessario, siue existentia necessaria, quæ Deus essentialiter est, erit formale exclusivum impossibilitatis, ac proinde conceptus, seu status verus possibilitatis præcisive ab actu actualis, & exercite existentie in Deo chimericus est, & impossibilis. Denique erit argumentum, quod ibidem num. 4. attigimus. Neque enim ens possibile præcisive solum potest esse cum fundamento radix metaphysica attributorum, & præcipue existentie sue : quare in Dei essentia status existentie exercite includitur, à qua nequeat proinde status possibilitatis alius villo modo præcindi.

6. Iam argumenta facta pro opposita sententia solum probant in Deo possibilitatem, seu non repugnantiam inveniendi, non autem formaliter adhuc, secundum statum ab existentia actuali, & exercite ipsius, seu, quod idem est, ab existente à se actu, & necessario diversam inveniri, quod nos solum negamus : atque aduersarios probare oportebat. Ad primum distinguo consequens : ergo pos-

sibilis præcisive : nego : inclusa possibilitate in statu existentie : concedo. Ad secundum negatur, existentiam à se, siue necessariam non excludere formaliter impossibilitatem, sicuti, & opposita impossibilitas, siue negatio actualis à se, siue necessaria chimærarum, quæ formalissimus conceptus impossibilitatis est, formaliter earum possibilitatem excludit, ut vidimus num. 5. Ad tertium respondeo negando assumptum : vocibus enim solum diversæ ea propositiones sunt : *Deus existit*, *Deus est possibilis* : nam solum necessario & à se existens, è conceptu suo adhuc, Deus possibilis est, ut quantum aduersum argumentum supponit : cui respondendum est : esse quidem non repugnantiam, seu possibilitatem inclusam formalissimè in conceptu existentie à se, ac necessaria, atque ab ea impræcindibilem, adhuc quoad statum existentis necessario, & à se, ac subinde non esse possibilitatem præcisivam. Ad quartum denique respondeo. In his, quæ non sunt necessario, sed contingenter esse consequentiam ab actu ad potentiam logicam, siue possibilitatem : ac proinde inferri distinctam veritatem, quoad statum ; secus in ente à se, ac necessario existenti, in quo solum inferitur diversa formalis propositio contra ignaros, & proteruos synonymam negantes propositionis, quam admittunt.

CERTAMEN II.

De cognitione futuritionis sui à Deo statuitur.

1. Deum se, suæque omnia, ut existentia actu absolute, & de presenti cognoscere Catholica veritas est : cum diuina omnia æternitate Dei indissolubili, totaque simul (quæ tamen sine vlla sui, partiumve diuisione supra, & ultra omne tempus durationem creatam, creabilemque expenditur) durent, nullum est tempus, seu duratio adhuc eis extrinseca, in qua quicquid diuinum est per sui coexistentiam de presenti non sit. Vade nihil diuinum vulgare, & frequenti futuritionis acceptione, quæ denotatur, rem non esse in tempore, respectu cuius duratio, in qua existit, futura est, futurum esse potest : quia, & duratione propria semper est, & mensuræ extrinsecæ semper, & pro omni extrinseca mensura creata semper de presenti coexistit ex quo ulterius sit, nequæ se Deum futurum in ea vulgari futuritionis acceptione, nisi per dissentium iudicari à Deo posse : cum nihil falso iudicare per assensum valeat. Etenim, licet eiusmodi futuritio concernat tempus, quo ipsum habetur, in eoque futuri negationem : cum duratio, in qua, & cum qua Deus iudicat, æternitas sit (ut diximus controuers. 1. d. de attribut. negatiu. non vitalib. quæst. de Dei immutabilitate) omni tempore coexistens, atque superfluent : neque sic locum in diuinis ea futuritio habebit, ut esse in illis à Deo iudicetur. Sed neque à nobis, si verè cognoscamus, & iudicemus, licet enim nos nostro tempore iudicemus, atque illud, in quo iudicamus, iudicia nostra concernant, non æternitatem, ast, cum Deus, & quicquid diuinum intrinsecè est duratione sua æternitatis nostro toti tempore coexistat, implicat in aliquo ex omnibus, quibus iudicare de Deo possumus, Dei negationem esse : quare & respectu illius verè iudicari à nobis Deum ita futurum.

2. Sed licet futuritio non dicat negationem rei futuræ in duratione, quæ adest cognitio de ipsius futuritione, imò neque in duratione aliqua ; sed solum fore etiam in alia ei, in qua primò est, posteriore : adhuc nihil diuinum intrinsecumque Deo futurum propriè est, ut tale à Deo cognoscitur : quia duratio, quæ durat diuina omnia intrinseca, æternitas est, in qua non est prius, & posterius. Cum autem esse, & non esse de presenti, & fore vnicuique secundum intrinsecam durationem conueniat, Deus absolute non est & erit, sed est : cumque duratio, quæ iudicio Dei de suo esse concernitur, non extrinsecæ, & creata, sed æternitas ipsa sit, in qua nec aliquid præteritionis, aut futuritionis est, sed tota simul ; sit planè, nec

clarat ad durationem, in qua Deus de suorum predicatorum esse, & existentia iudicat, fuisse proprie, aut ioe, neque de eis ita posse iudicare. Hinc cum Deus de eloquitur, solummodo dicit: *qui est*, quod autem in Apocal. dicitur: *Qui est, qui erat, & qui venturus est*. Ab homine atque ad humanum captum, & concipiendi modum dictum est: quia homines suam durationem creatam in suis iudiciis concernunt, respectu cuius extrinsecæ durationis & est, & fuit, & erit: siquæ à Deo etiam cognoscitur, respectu autem intrinsecæ suæ durationis, qua proprie est, & durat, seque cognoscit, ac iudicat, semper & præsens est: ac proinde non erit, neque fuit formaliter; sed solum virtualiter, quatenus sua duratione indivisibili, totaque simul præterito, præsentis, & futuro nostro æquivaleret, imo excedit.

3. Verissimum tertio est, sui futuritionem, suorumque omnium utroque modo explicatam Deum cognoscere apprehensivæ, imo diiudicativæ per disensum. Ex secundo hoc pender, inferiturque necessario primum. Probatur ergo secundum: quia neutro modo de sua futurum se iudicat duratione, aut præteritum esse; sed solummodo de præsentis duratione, seu æternitate sua: ergo iudicat se non durare de præterito, aut futurum in duratione, tanquam sibi chimericis: quemadmodum iudicat hircocerui, aut chimæræ alterius cuiusvis negationem necessariam esse, atque eius existentia, aut possibilitati dissentitur, ut dicemus d. 4. q. 1. h. Hinc autem, ut inibi dicemus, probatur manifeste, Deum suam futuritionem, ac præteritionem in duratione utroque modo explicatam simpliciter apprehendere. Nemo enim obiecto propositionis alicuius cordate, imò nec physice, aut metaphysice assentiri, dissentiri potest, nisi illud totum obiectum, apprehensivæ saltem, cognoscit, ut patet: nec minus ad prosequendum assensu, vel fugiendum, seu averiandum dissensu præ cognitione opus intellectus habet, quam ad amandum vel odio habendum suum obiectum voluntas. Ad hos enim actus æque mobilis intentionaliter, seu per cognitionem essentia sua utraque potentia est. Unde probatur simili discursu ex dictis, n. 2. hoc ipsum. Nam cognoscit Deus, nos cognoscere ipsum nostro concipiendi modo, saltem secundo modo præteritum, & futurum: atque à præse, & erroneè de sua duratione iudicantibus modo etiam primo.

4. Præter hanc verò futuritionem durationis, (quæ propriissime talis, & principalissima est) alia etiam analogica, & per huius imitationem vera, & realis futuritio est, quæ primam futuritionis veritatis, & realis naturæ, & causalitatis à Philosophis ac Theologis inter causâ, seu principium verum, & eius effectum inuenta, & observata. Si enim causâ, aut principium productivum verè, & realiter prius suo effectui est, atque hic illo posterior satis apud respectu illius prioris instantis naturæ, in quo causâ, seu principium erit, dicitur verè, licet imitativè, futurum. Hoc futuritionis genus expresse traditur à S. Thom. 1. perihem. lect. 13. & 1. p. q. 19. art. 3. ad 2. & q. 12. de verit. art. 10. ad 7. ubi docet in causâ determinatâ ad effectum hunc esse, dicique posse futurum, cuius verba nonnulli innotati à S. prolog. 2. de gratia cap. 7. num. 4. perperam intelligentes nullam aliam in rebus futuritionem præter hanc, quæ causalitatis, & naturæ est, recognoscunt: ut d. 5. videbimus q. 1. eisdem verò S. Thom. verbis minus, sed aliquantulum, decepti plerique respectu solius causæ in actu primo determinatæ ad effectum, non autem indifferentis ad ipsum, vel eius oppositum, ipsius futuritionem naturæ, & causalitatis tantummodo esse defendunt. Cum tamen S. Doctor non ad futuritionem ipsam causalitatis effectus; sed, ut ipsius futuritio talis à nobis ex causâ cognoscatur, eiusmodi determinationem causâ ad illum requisierit.

5. Certum etiam sit quarto, divinum aliquid hoc imitativæ futuritionis naturæ, & quasi causalitatis genere verè esse futurum, ac, ut tale, à Deo cognosci. Probatur: quia in divinis vera realisque prioritas originis, & principij productivi, licet non causalitatis, est in personis producentibus, veraque eiusdem ordinis, & lineæ posterioritas in personis procedentibus, ut ostendimus

controu. de Trinit. d. de comparat. personarum inter sese; ergo relate ad instans prius originis personarum producentium, pro quo procedentes personæ non sunt; sed posterius erunt pro sequenti, in linea originis vere sunt futura. Confirmatur: quia licet ad huiusmodi futuritionem causâ, seu principij determinatio adagendum, (ut falso plerique censent) requireretur: neque id personis producentibus in Trinitate deficeret: cum ad personas procedentes producendas ita determinatæ in actu primo, ac de sese sint, ut nequeant earum productione vltantis abstinere, etiam à productione spiritus sancti; quam licet liberam Patri, & Filio docuerit Soterus (contra quem egimus citata controu. d. 3.) tamen liberè in re vera pro voluntario usurpavit, quare nomine solum, impropriaque eius acceptione, non autem sensu aberravit.

6. Circa divina alia (actus nimirum, seu operationes liberas immediate voluntatis, ac mediate liberas scientiæ contingentium obiectorum, quæ Deus novit) maior de eorum præfata futuritione naturæ, & quasi causalitatis physice controversia esse posset: præteritum apud recentiores, qui sicuti virtutem physicam adhiuerunt; si productionem, quare, & prioritatem veram, & posterioritatem virtutem inter hæc admittunt, ita, & futuritionem hanc virtutem etiam admittere tenentur. Nec satis est in eis potentis in actu primo consideratis non esse determinationem necessariam principij ad effectum, ut hic respectu illius prioris naturæ dicatur futurum; siquidem eo ipso, quod hi actus contingentis sint, ac libere à suis potentis eliciantur, hæc indifferentes ad illos eliciendos, vel non eliciendos esse debent.

7. Cæterum respectu actuum divinarum scientiæ circa obiecta contingentia locum solutio non habet: siquidem posito ex Dei decreto libero obiecto creato indifferens Deus ad illud cognoscendum non est. Secundo: cum futuritio quævis in sua linea satis constituitur per priores instantis, in quo non fuit, connotationem, quæ requiratur in priori instanti esse determinationem, ut sit in posteriori, in quo erit; sed solum quod in posteriori illo sit undecumque ibi ponatur: atque in causâ indifferenti sit vera prioritas realis & instans vere prius naturâ respectu effectus, qui in illo non est, sed in posteriori, plane conficitur: respectu eius prioris causæ indeterminatæ esse pro posteriori causalitate, seu naturâ effectum futurum. In horum ergo de virtuali adhiuerunt, & effectione actuum liberorum Dei à suis potentis vera virtualis futuritio causalitatis asserenda necessaria videntur; sed respectu actuum necessariorum voluntatis, & intellectus divini, quæ tamen eis impugnationibus datis contra hanc virtutem, tam distinctionem, quam productionem confutanda erit. Secundo quia actus scientiæ, & voluntatis divinaræ quoad intrinsecum scientiæ, & amoris liberi etiam, formaliter adhuc identificantur, ut controu. de voluntate ostendimus: quare nequit actus liber futurus in linea causalitatis respectu suæ potentie esse, quin & necessarius eodem modo sit futurus.

8. Ego verò censo actus potentie intellectivæ, & volitivæ, siue liberos, siue necessarios in linea & ordine causalitatis vere esse futuros, causalitatis, inquam, non physice, siue absolute, siue virtualis, sed intentionalis. Atque hæc sit quinta nostra conclusio. Probatur facili ex dictis d. 2. ubi probabamus, potentiam intellectivam, & volitivam Dei esse verè suorum omnium actuum, licet non physice intentionaliter tamen actuum, ipsique vere priorem. Ex quo facili deducitur relate ad illud intentionale instans prius suæ potentie, pro quo actus non est, tamen pro posteriori erit hoc causalitatis intentionalis, & futuritionis genere vere cum esse futurum. Cui conclusioni nihil adversari potest præter ea, quæ contra veram adhiuerunt, & prioritatem intentionalem harum potentiarum respectu suorum actuum citato loco obiectionis, atque diluimus. In cæteris verò divinis præter personalia, & actus intellectus, & voluntatis, seu originis vera futuritio assignari, admittive potest.

QVÆSTIO IV.

An scientia Dei per seipsam formaliter sumptam ab ipso cognoscatur?

AD exactum, plenumque examen metaphysicum cognitionis Dei erga seipsum totum in seipso, vt exploratum habemus, hæc etiam quæstio spectat. Licet enim d.2. ostenderimus Deum totum, ac proinde eius scientiam per eandemmet reipsa scientiam videri; adhuc tamen subtilior metaphysica quæstio inter scholasticos Theologos est: An scientia directa Dei circa obiecta alia per seipsam formaliter sumptam Deo innoteat, tanquam per sui formalem cognitionem? An scientia alia formaliter, & metaphysicè diuersa, quæ supra primam directam formaliter sit, metaphysicè assignari debeat, vt Deo prima illa directa repræsentetur.

CERTAMEN I.

Duabus consutatis, tertia sententia eligitur.

1. **P**rima in proposito quæstione sententia fuit nostri Ruiz d.7. de scientia sect.2. num.1. & 8. asserentis, scientiam Dei de aliis obiectis ab ipsa per seipsam formaliter metaphysicè Deo nec repræsentari, nec posse sed per aliam formaliter metaphysicè diuersam, quæ recte circa directam formaliter versetur: quæque à nobis ratione ratiocinata præcindi, diuidique ab illa queat. Adhuc vero reflexam hanc scientiam non per aliam, sed per seipsam Deo repræsentari. Sed præter ea, quæ nostram sententiam subicientem probabunt, non aliequor, quidnam habeat formaliter, & metaphysicè secunda hæc, & recte Dei cognitio, vt sui ipsius formalis repræsentatio, & scientia sit, quod non habeat prima, vt scilicet ipsam formaliter repræsentet: Vnde rursum fiet, nec secundam reflexam seipsam repræsentare posse formaliter sumptam; sed alia rursus formaliter diuersa, ac supra ipsam reflexa egere, & sic in infinitum.

2. Idcirco consequentius Salas noster l.2. quæstion.3. tract.2. d.3. sect.4. sine. Granad.1. par. controu.1. tract.6. d.1. sect.8. & controuers.1. tract.1. d.4. à num.4. Lugo de Incarnat. d.19. sect.1. num.14. Gaspar Hurtado, d.2. de scientia diff.1. (quibus non abnuat Albiztandem d.13. num.18.) æstimantes scientiam diuinam seipsam formaliter repræsentare formaliter non posse, sed alia formaliter reflexa necessitè repræsentari formaliter debere; de reflexa hac eodem modo, ac de prima directâ philosophantur, vt seipsam formaliter sumptam non repræsentet; sed secunda alia formaliter diuersa, quæ ipsius formalis repræsentatio sit; omnino indigeat; quæ etiam supra reflexam primam formaliter reflectat, & supra secundam hanc reflexam tertia alia, supra quam reflectat quarta alia, & supra hanc quinta, & sicque in infinitum alia, & alia supra aliam & aliam reflectant: denturque proinde infinite scientiæ Dei formaliter diuersæ inuicem metaphysicè subordinatæ nostro intelligendi modo: quare, si falso crederetur principio, rationabilius, vt dicitur, philosophantur.

3. Verum, licet hi processum infinitum formalitatum metaphysicarum in scientia diuina absurdum non reputent: cetera, infinita eam sit, atque omnium veritatum cognoscitiua, seu potius cognitio, & actualis formalis repræsentatio infinitam illam formalitatem scientiæ reflectionem capiat, quin hæc illius amplitudinem excedat; si

tamen rectè infinitas scientiæ Dei, formaliter etiam sumptæ, ab eis doctoribus penetraretur, inuenirent, plane nil magis infinitæ illi aliarum cognitionum Dei supra alias reflexioni obesse, quam scientiæ Dei formaliter, & metaphysicè sumptæ infinitatem, ex qua illi rectè, facileque componi posse arbitrantur, vt ex nostræ sententiæ, iam subicientiæ probationibus clarebit. Mitto huius infiniti reflexiarum cognitionum processus impugnationem: quia scilicet, aliqua tandem maneret incognita, neque enim infinitum hoc in actu aduersarij, seu categorematicum admittunt; sed syncategorematicum, & in potentia: cum illud ex formalitatibus mente nostra diuisis asserant: quæ tamen infinitas actu nequit diuidere, licet nunquam tot diuidat, vt nequeat plures supra vltimam, & vltimam reflexiuas cogitare, ac proinde, quæ cogitatas in vltimo reflexe repræsentent.

CERTAMEN II.

Tertia nostra sententiæ solide probationes.

1. **T**ertia sententia est, scientiam Dei directam de reliquis obiectis formaliter esse sui ipsius repræsentationem formalem: neque alia scientia formaliter ab illa diuersa, & supra ipsam reflexa egere, vt Deo formaliter repræsentetur. Huic assentimur: cui expressè Soar.2. de attrib. cap.18. num.8. Heriz d.4. cap.1. num.6. & 11. Albiz. d.3. sect.1. h.16. Alarc. tract.2. d.1. cap.3. num.3. Hemelm. tract.4. d.1. cap.12. num.8. & alij Recentiores: estque nostri Valquez sæpè supposita sententia. Probatur à nonnullis testimonio epistolæ 9. Dionysij ad Litum, Aristotelis 12. metaphys. cap.9. textu 51. à nobis supra recitato, S. Thom. 1. par. quæst.14. art.4. ad 3. & 3. contr. gent. cap.26. trat. 2. sed facile de eadem scientia realiter, non autem formaliter sumpta intelligitur: quare eis probationibus, & aliis ex testimoniis Patrum, quæ supra dedimus d.2. quæstione 4. merito abtineo. Neque enim puto, Patres vquam de hac nostra metaphysica quæstione cogitasse.

2. Sola igitur ratione probanda nostra sententia est: & primo quidem ex dictis hic quæst.2. & fufius d.2. quæst.4. & controuers.1. vbi generale principium posuimus: nempe prædicatum quoduis diuinum, quia diuinum, infinitum per essentiam in sua quodque linea esse debere per denegationem terminari, etiam extrinseci: ex quo tam ibi, quam sæpè alibi hoc tomo inferri, euidenter ostendimus, nullum diuinum attributum veris, ac non fictis, & chimericis prædicatis homogeneis metaphysicè cum ipso posse metaphysicè adhuc componi. Atque inde pro Dei scientia sæpè (quod maxime ad rem præsentem est) intulimus è conceptu, & essentia metaphysica scientiæ diuinæ formaliter indiuisibiliter in omnia cognoscibilia ferri: atqui ipsa scientia aliquid cognoscibile est: ergo è conceptu, & essentia sua metaphysica fertur in seipsam, suiue scientia, & repræsentatio est.

3. Probatur secundo ex dictis d.2. quæst.5. quia, quo perfectius viuens cognoscitiuum est, eo magis sibi coniuncta, & intima cognoscit, ac supra suos actus reflectit: ergo summe cognoscitiuum viuens summe supra suos actus reflexiuum erit: ac proinde eius cognitio, non solum supra seipsam realiter sumptam, sed supra seipsam etiam formaliter sumptam reflectet. Porro quæ contra hanc conclusionem obici poterant, soluta sunt citata quæst.5. quare eis proponendis, diluendisque in præsentiarum erit abstinendum.

DISPUT.